



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum
Christianarum Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helgestadi[i], 1671

Cap. III. De Illustribus Basilio & Gregorio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

tibi oculi, quos mures, & muscæ, & lacertæ habent, sed latere, quia habes oculos, quos angeli habent, quibus Deus videtur, per quos tibi magnum scientiæ lumen accenditur.

C A P. III.

De Illustribus Basilio & Gregorio.

EA tempestate Basilius & Gregorius Cappadociæ, instar duorum coeli luminarium refulgent, ambo nobiles, ambo Athenis sufficientissime eruditi; qui, remotis denique secularium Græcorum libris, Monasterium expetunt, soli divinæ scripturæ attendentes. Basilius contemplationi monasticæ inhæret, contemptu sæculi humilior: Gregorius Ecclesiasticæ actioni, in prædicatione liberior. Basilius itaque Cæsareæ Cappadociæ fit Episcopus; qui cum à Valente in exilium cogeretur, & staret ad tribunal, præfecto minitanti, fertur eleganter respondisse. Utinam, inquit, dignum haberem aliquod munus, quod ei offerrem, qui Basilius maturius de nodo hujus follis absolveret. Cumque daretur ei spatium deliberandi; Ego, ait, in crastino tempore ero, qui hodie; tu te utinam nunc mutes! Et illa quidem nocte, cum uxor Imperatoris vehementer cruciaretur, & filius ejus unicus divina extingueretur ultione, rogatur Basilius; & detinetur ad intercessionem, qui paulo ante expetebatur ad poenam. Itaque omnibus Catholicis expulsis à Valente, solus usque ad vitæ exitum, intemerato communionis sacramento, in ecclesia perdurat.

CAP.